



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ  
Provinciæ Saxoniæ S. Crucis**

**Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz  
Nevhvsii, 1706**

**VD18 10502327**

[Titulus II. De Semiduplici et Simplici. Hic clarus est.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)

*Pars prima*

infra Octavam, simplici, Feria, aut Vigilia. Privata autem auctoritate vel devotione Commemorationem addere, illicitum est. Vide nostrum SPÖRER part. 2. cap. 6. sect. 4. §. Addere.

**TITULUS II.**

*De Semiduplici et Simplici. Hic clarus est.*

**TITULUS III.**

*De Feria et Vigilia.*

N. 2. IN Vigiliis autem & Feriis quatuor temporum, vel feria 2da Rogationum que veniunt infra Octavam, Missa (intellige Conventualis) dicitur de Vigilia vel Feriis supradictis cum Commemoratione octavæ, in his casibus discordat Missa ab Officio, quia his Missis propriis convenit, ut cedat ea Missa que infra octavam scopiis repetitur, præterquam infra Octavam Corporis Christi. Unde infra hanc, non de Vigilia S. Joannis, sed de Octava celebranda erit Missa. Ibi. In Missis autem privatis, dicitur Missa de Octava cum Commemoratione Vigiliae aut feriarum prædictarum. Ibi. Si autem in die Vigiliae vel prædictis Feriis fiat Officium de aliquo festo, tunc dicitur etiam Missa Conventualis, de festo cum Commemoratione Octavæ, Vigilia, vel feriarum prædictarum.

N. 4. Missa Vigiliae in Adventu occurrentis, dicitur cum Commemoratione feria Adventus, licet de ea (Vigilia) non sit factum Officium. Ratio est eadem, quam supradiximus de Vigilia infra Octavam.

N. 5. Si in Quadragesima & quatuor temporibus occurras Vigilia, dicitur Missa de feria cum Commemoratione Vigiliae.



TITU-